

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani**

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuiſimiè explicantur

**Gavanti, Bartolommeo**

**Antverpiæ, 1634**

De Bullis Clementis VIII. & Vrbani VIII. III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40244**

quia in Rubricis Pij V. nulla fuit neque est certa lex de his Officijs; & licet iusta in aliquibus sit cauſa, petenda tamen est licentia omittendi Officium tali die in Breuiario præscriptum, vt aliud de prædictis recitetur.

27 Dices: In Rubricis habentur ſepiuſ hæc verba, vt *tit. 1. num. 1. tit. 2. num. 1. & alibi*, Festa Sanctorum illorū que conſueuerunt celebrari: ergo concedit Pius V. retineri adhuc conſuetudines. Respondeo, Quod ſic ſe habet textus, *celebrari conſueuerunt ſolemniter*, vel *ſolemnius*: tum quia alioquin Pius V. ſibi eſſet contrarius, ſi in Rubricis concederet conſuetudines quas abrogauit in Bulla; non enim abrogauit conſuetudines ſolemnies quas concedit in Rubricis: tum quia verè concesſit retineri Festa Sanctorum in locis proprijs, non autem quæcumque Festa, ſed ſolemniter celebrata.

28 Dices adhuc: In ijsdem Rubricis *tit. 7. num. 4.* habentur præcisè ſine aduerbio hæc verba, *conſueuit celebrari*, & *tit. 5. num. 1. conſuetum celebrari*; ergo ſufficit conſuetudo ſimpliciter, non ſolemnis. Sed facilē reſpondeo, posteriores textus pendere a prioribus; & in eodem ſenſu accipiendi ſunt ut priores, qui addunt aduerbiū ſolemnitatis; ne pugnent inuicem ipſam et Rubrica, priores & posteriores.

29 Quid eſt, aīs, ſolemnitatis? Reſpetu Cleri ſecularis ſignificat festiuitatem aut populi, aut Cleri cum pompa exteriori, puta Proceſſione, apparatu, concurſu, & huiusmodi. & ita declarauit ſacra Rituum Congregatio die 28. Auguſti 1628. reſpectu verò Regularium & Congregationum ſignificat ſingularem quendam cultum, non communem alijs Festis de Calendario: qua ratiō cūm non in omnibus

Festis in Hispania celebratis adeffet, recurrerunt ex Ecclesiæ ad Gregorium XIII. anno 1573. & obtinuerunt, poſſe retinere Festa ciuium, Reliquiarum inſignium, & alia eiusmodi. quod & tañdem præſtitere ferè oīnnes Ecclesiæ Italiae, post Decretum præfatum 8. Aprilis 1628. editum: quibus ſacra Rituum Congregatio multa concesſit rationabilia, & eft parata alijs concedere ſimilia.

30 Postremò reſtat dubium: An per Bullam Pij V. derogetur Bullis Canonizationum Sanctorum, in quibus viidentur Pontifices dare facultatē recipiādi Officiū de Canonizatio in die mortis eius ſolemniter, ad formam in Rubricis Breuiarij Romani præscriptam.

Verū patet omnibus, quod de omnibus Canonizatis nō fit Officium ab omnibus. Deinde ex Rubricis Breuiarij non appetet de unoquoque Canonizato, an ſimplex, ſemiduplex, duplex Officium fieri debet; & eft neceſſarium nouum Decretum de ritu quo fieri debet Officium. quod expreſſe decreuit ſacra Rituum Congregatio die 9. Decembris 1628. de hoc iplo caſu interrogata. Vel dicere, loqui Pontifices copulatiū, (et) vna cum ædificio Ecclesiārum, de quo in Bulla, fieri poſſe Officium ſolemne, tamquam de Titulari Ecclesiā, quod ha- betur in Rubricis Breuiarij, hoc eſt primæ classis cum Octaua.

#### De Bullis Clementis VIII.

#### & Urbani VII.

#### CAP. III.

**E** Dita fuīt à Clemente VIII. Bulla die decima May 1602. anno undecimo, & in ea ha- bentur pauca.

C

1 Ac-

18 Comm. in Rubr. Breuiarij. Sect. II. Cap. III. & IV.

1 Accusat Typographorum incuniam, & aliorum audaciam, qui Breuiarium à Pio V. editum depravuarunt.

2 Significat se ideò commisissé peccatis viris eiusdem Breuiarij recognitionem.

3 Prohibet, ne in Urbe imprimatur, nisi in Vaticano; extra Urbem, iuxta exemplar Vaticanum, & de licentia Inquisitorum, vel Ordinariorum, impositis poenis spiritualibus, & pecuniarijs; aliterque in posterū impressa Breuiaria interdicit, ac prohibet.

4 Inquisitores & Ordinarios pennis inflatis instruit, qua ratione approbare debeant impressa.

5 Tolerat in gratiā pauperum Clericorum impressa Breuiaria ante eiusdem recognitionem quoad usum, &, ut vendi queant, indulget.

6 Publicationem Bullæ mādat cum solitis derogationibus, & clausulis.

7 Urbanus VIII. Pontifex Maximus, adhibitis alijs peritissimis viris (& me minimo inter eos, qui & adfui Clementinæ recognitioni) eadem se prosecutum esse afferit quæ prædecessores inchoauerant: significat deinde ea quæ acta sunt in Breuiario nuper immē recognito: prohibet, instruit, tolerat, ut suprà num. 3. 4. 5. edita Bulla initio Breuiarij posita.

8 Cerrè ad hanc usque diem Breuiarium non est editum tot numeris absolutum.

*De Computo Ecclesiastico.*

C A P. IV.

1 **A**gitur initio Breuiarij de anno & eius partibus, de Quatuor Temporibus, de nuptiarum tempore, de Cyclo decennouennali, de Epactis, de Nouilunij, de Indictione, de Festis mobilibus, ad-

ditis Tabellis, perpetua & temporalia, antiqua & noua, reformatis, quantum satis esse videtur pro captu communiorum ingeniorum. Plura qui deliberat, legat Galie. Durandum in *Ration. diu. Offic. lib. 8. toto.*

2 Ea sunt præcipue notata digne quæ ad annuin Bissextilem formandum spectant: nam singulis quaternis annis constituitur dies in mense Februario, qui dicitur compositus ex 24. horis, nempe sex cuiuslibet annorum quatuor. Excipe (quod paucinorunt) primum, secundum, & tertium centesimum annum, qui occurrit intra spatium quadringentorum annorum, ut exprestè habetur in *Bulla Gregory XIII. de Reformatione Calendarij edita anno 1582.* Quare, sicut annos proximè præteritus 1600. fuit Bissextilis, ita erit etiam Bissextilis annus 2000, qui vero sunt mediij 1700. 1800. 1900. non erunt Bissextilis, ne redeat annorum confusio.

3 De Quatuor Temporibus agimus in Proprio de Tempore.

4 Pascha celebrari debet in die Dominico qui proximè succedit decimaquartæ Lunæ primi mensis, id est Martij; ita tamen, ut si decimaquarta Luna cadit in Dominicum diem, Pascha nostrum celebretur in sequenti Dominico die, ne conueniamus cum Hebreis.

5 Constituto Paschatis die facile decernuntur Festa mobilia, ita dicta, quia mouentur ad motum Paschatis, & sunt Septuagesima, Sexagesima, Quinquagesima, Quadragesima, quæ præcedunt Paschatis Festum; Ascensio, Pentecostes, Festum Trinitatis & Corporis Christi, quæ sequuntur: de quibus egimus Tomo primo, & infra agimus in Proprio de Tempore.

6 Ad.